

da exhibui, et pro quibus totum prædium, quod in Rosslöso habui, Dilectæ vxori meæ legaliter cum festum et kiöpum contuli, de beneplacito eiusdem ac filij sui, Haquini dicti Lämä, Discreto viro Petro Öyarsson, pro viginti duabus marchis, argenti puri, vendidisse. Quod supradicti propinquai emere noluerint. Et insuper me totum argentum recepisse. Testes huius venditionis qui præsentes fuerunt sunt hi Dominus Thuco Ionsson, Dominus K. plebanus de Linderåss, frater P. prior Skäningensis, Ciues Skäningenses, Vbsalensis, Esbernus Hånsa pähö, peregrinus, et plures alij fidedigni. Ad cuius evidentiam et firmitatem pleniorum, sigillum Domini B. Regis Sverorum illustrissimj, et Domini Th. Knutzssons, Marschalchj eiusdem. neconon et sigilla, Domini Thuconis Ionssons, Fratris prioris P. Skäningensis, meum, Dilectæ vxoris meæ, Ingeburgis, et Haquini Lämä, filij sui præsentibus sunt appensa. Datum Skäningie. Anno Domini, M. CC. XC. IX. pridie Calendas Octobris.

Af sigillen hafva, enligt ritningarna, N:o 1, 2, 4, 6 varit borta, N:o 3, 5, 7 oskadade.

1283.

1299 d. 27 Oct.

Westerås.

Westerås Domkapitels Fullmakt för kanikerne JOHAN och TIDEMAN, att såsom dess fullmäktige ombud hos Erkebiskopen i Upsala begåra stadsfästelse på Domkapitlets val af Domprosten Håkan till Biskop.

A. 2.

Vniuersis presentes Litteras inspecturis Capitulum ecclesie Arosiensis salutem in christo sempiternam. Nouerint vniuersi Quod nos discretos viros dominos Johannem et Tidhemannum concanonicos nostros ordinamus facimus et constituimus procuratores nostros et nuncios speciales ad comparendum coram reuerendo patre nostro et domino, Nicolao archiepiscopo vpsalensi et ad petendum confirmacionem eleccionis in nostra ecclesia nuper facte de uiro discreto domino Haquito preposito nostro, dantes eisdem procuratoribus plenam et liberam potestatem eleccionis dicte negocium prosequendi, ac defendendi, in animas nostras si necesse fuerit iurandi, et alia omnia et singula faciendi que veri et legitimi procuratores facere debent et possunt et que circa predicta necessaria fuerint ac eciam oportuna, promittentes nos ratum et gratum habituros quidquid per dictos procuratores nostros factum fuerit in premissis. In cuius rei eidenciam presentibus sigillum nostri capitulo duximus apponendum. Actum anno domini Millesimo. ducentesimo. Nonagesimo, Nono, In vigilia apostolorum symonis et Jude.

Sigillet bortfaller.